fragmentarium

Fragm. lat. 374-1 UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK LEIPZIG Ald. 10

nius pro foribus corruens · usq: ad sextam ergo amplius horam aditum pcabat
dicens · Quis sim et unde sim · cur venerim nosti · Scio me non mereri con
spectum [illegible] non recedam · Qui bestias suscipis · cur hominem
[illegible] et inveni · pulso ut aperiatur mi · Quod si non impe
travero · hic moriar ante postes tuos · certe sepelies vel cadaver meum ·
Talia pstabat memorans atq: exorans fixusq: manebat · ad quem respon
sum dans pauca · ita reddidit heros · Nemo sic petit ut minetur · nemo
cum lacrimis calumpniam facit · et miraris si non recipiam cum moriturus ad
veneris · Sic arridens · patefecit ingressum · Quo aperto · cum in mutuos
miscerent complexus · propriis se salutare nominibus ceperunt · gratias domino in
commune referentes · Et post sanctum osculum residens paulus cum anto
nio · ita exorsus est · En quem tanto labore quesisti · putribus senectute membris
operit inculta canities · En vides hominem · in pulverem mox futurum · Verum
quia caritas omnia sustinet · narra mihi queso quomodo sese humanum genus habe
at · an in antiquis urbibus nova tecta consurgant · quo mundus regatur imperio ·

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 374, 374-1: 2r – Missale (https://fragmentarium.ms/view/page/F-totf/474/6772)